654. To Thomas More.

Deventer MS. 91, f. 60. Antwerp.
LB. App. 179. 8 September ⟨1517⟩.

[Answering a letter from Calais; and therefore later than Ep. 623.]

ERASMVS MORO SVO S. D.

Mitto tabulas, quo tibi vtcunque adsimus, si qua sors nos ademerit. Dimidium impendit Petrus, dimidium ego; non quin vterque in solidum libenter numeraturus fuerit, sed vt amborum munus esset commune. Petrus Aegidius adhuc suo tenetur morbo. Nos agimus Louanii inter Magistros nostros et valemus more solito. Doleo te Caletie alligatum. Si non datur aliud, saltem scribito crebrius, vel paucis. Vale, More mortalium omnium mihi charissime.

Antwerpiae 6 Id. Septembris.

Serua te nobis incolumem.

655. To John Sixtin.

Deventer MS. 91, f. 60. Antwerp.
LB. App. 180. 8 September 1517.

ERASMVS SIXTINO SVO S. D.

O rem acerbam! sed quid attinet queri? Oro te per nostram amicitiam vt Petrus Ammonius contrahat omnis Andreae ad me epistolas et meas ad illum, et aut huc mittat aut tibi tradat huc mittendas: deinde vt exempla aut littere de dispensatione aboleantur, ne aberrent in manus eorum in quorum nolim. Fratrem tuum non vidi; nam aberam Louanii. Petrus Aegidius odiosa lentaque valetudine afflictatur. Nobis cum hoc coelo satis conuenit, nec deesset fortuna, si me velim principum negociis inuoluere; sed video factiones tales vt tutum non sit aut hanc ⟨sequi⟩ aut illam. Studia mea persequor. Bene vale, charissime Sixtine, teque nobis incolumem serua. Antwerpiae 6. Idus. Sep. Anno M.D. 17.

656. To Peter Vannes.

Deventer MS. 91, f. 60. ⟨Antwerp.⟩
LB. App. 228. ⟨c. 8 September 1517.⟩

[Contemporary with Epp. 654–5: which it follows in the manuscript. Peter Vannes of Lucca (†a. 1 May 1563) was a cousin of Andrew Ammonius.

654. 8. Septenbris *MS.* 655. 10. studea *MS.*

---

654. 1. tabulas] Cf. Ep. 584. 6 n.; also Epp. 669, 681, 683–4.
6. Caletie] Cf. Ep. 623. 20 n.
655. 4. de dispensatione] See Epp. 447 introd. and 517 introd.
5. Fratrem] Albert Sixtin, who is mentioned in John's will; see Knight, *Life of Colet*, p. 221. Erasmus met him later; cf. Ep. 668. 7, 8.
8. negociis] Cf. Ep. 669. 12 n.